

# Electronic Manipulus florum Project

## www.manipulusflorum.com

### Predicacio ak cum editione moderna

Vt longe ante nos reuerende  
memorie Gregorius Nazazenus  
edocuit, non una et eadem  
exhortacio cunctis congruit quia nec  
cunctos par morum qualitas astringit.  
Sepe namque aliis officiunt que aliis  
prosunt. Quia plerumque herbe que  
hec animalia nutriunt, alia occidunt; et  
leuis sibilus equos mitigat et catulos  
instigat; et medicamentum quod hunc  
morbum mitigat, alteri uires iungit; et  
pastus qui uitam fortium roborat  
paruulorum necat. Pro qualitate igitur  
audiencium formari debet sermo  
doctorum, ut a sua singulis congruat  
et tamen a communis edificationis arte  
nusquam recedat.

Gregorius in pastorali et XXX.  
moralium.

Vt enim longe ante nos reuerendae  
memoriae Gregorius Nazanzenus  
edocuit, non una eademque  
cunctis exhortatio congruit, quia nec  
cunctos par morum qualitas astringit.  
Sepe namque aliis officiunt, quae aliis  
prosunt. Quia et plerumque herbae, quae  
haec animalia nutriunt, alia occidunt; et  
lenis sibilus equos mitigat, catulos  
instigat. Et medicamentum quod hunc  
morbum imminuit, alteri uires iungit; et  
panis qui uitam fortium roborat,  
paruulorum necat. Pro qualitate igitur  
audientium formari debet sermo  
doctorum, ut et ad sua singulis congruat,  
et tamen a communis aedificationis arte  
numquam recedat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3  
*Prologus* (SC 382, F. Rommel ed.,  
pp.258, 260, ll.2-13).